



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilium Romanum Auctoritate Ioannis Papae congregatum, quo Leo schismaticus pseudopapa esse declaratur, actaque praecedentis Conciliabuli Romani reprobantur, anno Domini DCCCCLXIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

absque quadam pœnitentia secundam vxorem ducere ; tum etiam quod filium Theophanes in baptisme suscepisset, conuocata est hæc Synodus, ciusque sententia indultum ( crimen enim quod illi obiiciebatur probari non poterat ) ut prædictæ Theophani connubio legitimo iungeretur. *Hac Cuperates.*

CONCILIVM ROMANVM ANNO CHRISTI  
964.

A V C T O R I T A T E I O A N N I S P A P Æ congregatum, quo Leo schismaticus pseudopapa esse declaratur, ac tāque præcedentis Conciliabuli Romani reprobantur, anno Domini D C C C L X I V .

**A**NNO Domini nongentesimo sexagesimo quarto, domini Ottonis imperatoris tertio, indictione septima, habitum est Concilium in ecclesia beati Petri apostolorum principis, v. Kalendas Martii, hoc est mense Februarii die vigesima sexta, indictione vii. Positis in medio sacrosanctis Christi quatuor euangeliis, presidente piissimo & coangelico domno Ioanne summo pontifice, sacræ Romanæ ecclesiæ duodecimo papa, in venerabili basilica eiusdem, præsidentibus etiam cum eo reuerentissimis episcopis, videlicet Ioanne Gallesianæ ecclesiæ episcopo, item Ioanne ecclesiæ Anagniæ episcopo, Ioanne item Narniensis ecclesiæ episcopo, Ioanne Numentanæ ecclesiæ episcopo, item Ioanne ecclesiæ Verulensis episcopo, Vvidone sanctæ Siluae candidæ ecclesiæ episcopo, Gregorio sanctæ Albanensis ecclesiæ episcopo, Luniffo sanctæ ecclesiæ Laúicanensis episcopo, Romano sanctæ ecclesiæ Ferentinae episcopo, Sabbatino sanctæ ecclesiæ Ferrarensis episcopo, Zachæo sanctæ ecclesiæ Gentianæ episcopo, Ioanne IV. \* Marturanensis ecclesiæ episcopo, item Ioanne Sabinensis ecclesiæ episcopo, item Ioanne sanctæ Nepesiæ ecclesiæ episcopo, Benedicto sanctæ Treuicensis, Ioanne sanctæ Salernitanæ ecclesiæ episcopo, seu venerabilibus presbyteris, Stephano archipresbytero tituli sanctorum Nerei & Achillei, Leone presbytero tituli sanctæ Balbinæ, Domino presbytero tituli sanctæ Anastasie, Petro presbytero tituli sancti Laurentii, Hadriano presbytero tituli sanctæ Mariæ, Theophylacto presbytero tituli sancti Chrysogoni, item Theophylacto presbytero tituli

\* Man-  
tuaneatis

ANNO  
CHRISTI  
964. IOANNES  
P. XII.

R O M A N V M.

OTTO I.  
I M P.

II

sanctorum quatuor Coronatorum, Ioanne presbytero tituli sanctorum Siluestri & Martini, Stephano presbytero tituli sanctæ Sabinæ, Benedicto presbytero tituli sancti Sixti, Ioanne presbytero tituli sanctæ Cæciliae, Adriano presbytero tituli sancti Laurentii in Lucina. Astantibus diaconis, videlicet Benedicto archidiacono, item Benedicto diacono, Bonfilio diacono, seu reliquis astantibus.

A C T I O P R I M A.

Ioannes piissimus ac sanctissimus sanctæ Romanæ ecclesiæ papa dixit: Scitis dilectissimi fratres, me fuisse expulsum imperiali vi a propria sede per duos menses. Quapropter vos plurimum rogo: Si dici potest regulariter Synodus illa quæ habita est me absente in ecclesia mea, quarto videlicet Decembris, ab Ottone imperatore suisque archiepiscopis atque episcopis, an non? Sanctum Concilium respondit: Prostibulum fauens adultero, inuasori scilicet alienæ sponsæ, nempe Leoni intruso. Piissimus ac sanctissimus papa dixit: Ergo damnanda est a nobis? Sanctum Concilium respondit: Auctoritate sanctorum patrum damnanda. Tunc piissimus ac sanctissimus papa damnauit eam in perpetuum, cum eorumdem episcoporum consona responsione.

Concilium  
schismati-  
corum dæ-  
natur.

Post hæc autem interrogavit idem papa sanctum Concilium, dicens: Dicite, dilectissimi fratres, si episcopi a nobis ordinati, in nostro patriarchio ordinationem facere potuerunt, an non? Sanctum Concilium respondit: Minime. Piissimus ac sanctissimus papa dixit, quid censetis de Sicone episcopo a nobis dudum consecrato, qui in nostro patriarchio Leonem curialem & neophytyum atque periurum nostrum, iam ostiarium, lectorem, acolythum, subdiaconum, diaconum, atque subito presbyterum ordinavit, eumque sine aliqua probatione contra cuncta sanctorum patrum statuta in nostra apostolica sede consecrare non formidauit? Sanctum Concilium respondit: Deponatur ipse qui ordinavit, & qui ab eo est ordinatus. Piissimus atque sanctissimus papa dixit: Nescitur ubi latet. Sanctum Concilium respondit: Requiratur diligenter, si placet, usque ad tertium Conuentum. Quod si minime reperitus fuerit, canonica feriatur sententia. Piissimus ac sanctissimus papa dixit: Placet.

De ordina-  
toribus  
Leonis  
schismatici.

Concil. Tom. 25.

P ij

Tunc sanctissimus papa consuluit Concilium, dicens:

ANNO  
CHRISTI  
964

Quid igitur, reuerentissimi fratres, fancitis de ipsis duobus episcopis a nobis ordinatis, Benedicto scilicet Portuensi, & Gregorio Albanensi, qui super præfatum curialem & neophytum atque periurum nostrum orationes dederunt? Sanctum Concilium respondit: Simili pena multentur, sed vestrae interim relinquantur potestati usque ad tertium Conuentum. Piissimus ac sanctissimus papa dixit: Quid ergo de illo curiali & neophyto, periuro atque inuasore nostræ sedis censetis? Sanctum Concilium respondit: Omnino damnetur, ut nullus deinceps curialium aut neophytorum, aut iudicium, aut publice poenitentium, ad summum ecclesiæ gradum aspirare præsumat. Tunc piissimus ac sanctissimus papa dixit: Sit Leo curialis ac neophytus ac perius nos Domini omnipotentis ac beatorum apostolorum principi Petri & Pauli, & omnium simul sanctorum, atque venerandorum & vniuersalium Conciliorum, auctoritate, nec non & Spiritus sancti per nos iudicio, omni sacerdotali honore & nomine alienus, & omni clericatus officio prorsus exutus. Ita ut si post hanc constitutionem diuina inspiratione depromptam, & vnanimitate atque concordia sancti Concilii promulgata, tentauerit in apostolico throno residere, aut si ulterius ausus fuerit aliquid de sacro ministerio more sacerdotis contingere, iuxta præcedentem consuetudinem, nullo modo liceat ei communionis spem aut locum habere satisfactionis, sed anathematis vinculis innodatus maneat una cum sociis suis atque fautoribus perpetuo, Dei per nostram mediocritatem iudicio ac sententia, & sacrum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi non nisi vicino mortis periculo omnino percipiat. Quicumque autem prædicto curiali & neophyto atque inuasori sanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ consilium aut adiutorium dederit ad percipiendum ecclesiasticum honorem quo regulariter expoliatus est, anathema sit. Piissimus atque sanctissimus papa dixit: Quid sentitis de iis qui ab eo ordinati sunt? Sanctum Concilium respondit: Priuentur honore quem ab ipso acceperūt. Tunc idem benignissimus papa præcepit ingredi eos in Concilium cum vestimentis, planetis, atque stolis, & vnumquemque eorum in chartula scribere fecit huiusmodi verba: Pater

Leo schi-  
smaticus  
damnatus.

De ordina-  
tis a schi-  
smatico.

ANNO  
CHRISTI  
964. meus nihil sibi habuit, nihil mihi dedit. Et sic eos exutos priuauit honore quem dederat eis ipse inuasor & neophytus atque curialis, & reuocauit eos in pristinum gradum.

## ACTIO SECUNDA.

Ioannes piissimus atque benignissimus papa dixit: Recordari credimus vestram dilectionem, qualiter de Sicone refuga episcopo hesterno die definitum est in præsentia vestra, ut diligenter inquireretur; sed plurimum quæsus inueniri non potuit. Nunc vero decernite quid agendum sit de eo. Sanctum Concilium respondit: Suspendatur eius damnatio, si placet, usque in tertium Concilium. Piissimus ac mitissimus papa dixit: Fiat secundum vestram sancti-  
nem.

Tunc conuocauit episcopos Benedictum Portuensem & Gregorium Albanensem, qui super ipsum neophytum orationes dederant. Et fecit tenere eos chartulas in manibus, continentibus hæc verba: Ego Benedictus episcopus sanctæ Portuensis ecclesiæ viuente patre meo consecraui in loco eius Leonem curialem & neophy whole atque perirum illius contra statuta sanctorum patrum. Ego Gregorius episcopus sanctæ Albanensis ecclesiæ viuente patre meo consecraui in loco eius Leonem curialem & neophy whole atque perirum illius contra statuta sanctorum patrum. Post hæc autem piissimus atque sanctissimus papa consuluit Concilium, dicens: Quid agendum sit de his dicite. Sanctum Concilium respondit, dicens: Suspendantur & isti, si placet, usque ad tertium Concilium.

Sententia  
in ordina-  
tores Schi-  
smatici.

Tunc idem piissimus ac sanctissimus papa consuluit iterum Concilium, dicens: Quid censetis, dilectissimi fratres, de his qui præfato neophyto precium accommodauerunt ad \* tuendam gratiam Dei quæ vendi non potest? Sanctum Concilium respondit: Si episcopus fuerit, aut presbyter, aut diaconus, proprii gradus periculo subiaceat. Si vero monachus aut laicus, anathematizetur: Benignissimus atque sanctissimus papa dixit: Repte iudicastis. Idem sanctissimus papa dixit: Dicite, quæso, quid agendum sit de abbatibus nostris qui supradiædamnatæ Synodo interfuerunt. Sanctum Concilium respondit: Hi autem vestro relinquant iudicio, in cuius potestate consistunt. Piis-

Sententia  
in schisma-  
ticos.

simus atque sanctissimus papa dixit: Poteſt aliquis vende-  
re ſuum ecclesiasticum gradum cuiquam, an non? San-  
ctum Concilium respondit: Minime, quoniam neque  
vendi neque emi ab aliquo poſteſt. Benigniſſimus atque  
sanctiſſimus papa dixit. Hoc etiam statuite, vt nunquam  
minor maiori ſuo gradum tollere praeſummat: ſi autem fe-  
cerit, communione priuetur uſque ad emendationem.  
Simili modo statuite, vt monachi in locis quibus ſæculo  
renuntiauerunt habitent; ſin alias fecerint, reuocentur ad  
loca quæ dimiferint, aut communione priuentur, donec  
resipuerint. Sanctum Concilium dixit: Statutum atque  
confirmatum hoc nobis maneat.

## ACTIO TERTIA.

Ioannes piifſimus atque sanctiſſimus papa dixit: Reue-  
rentiſſimi fratres, Domino protegente, iam ad tertium ve-  
nimus Concilium; modo finite de Sicone episcopo ordi-  
natore ipſius neophyti quid agendum ſit: nam a noſtris  
diu quæſitus, ſed minime inuentus eſt. Sanctum Conci-  
lium respondit: Canonico mucrone feriatur. Tunc be-  
nigniſſimus atque sanctiſſimus papa dixit: Siconem, qui  
ſanctæ Ostiensi eccleſiæ irregulariter atque Deo contem-  
pto præfuit, & Leonem curialem & laicum, nec non &  
periurum noſtrum, ſubito conſecrare in pontificali hono-  
re non formidauit, ſancimus, & iuxta canonicaſ delibera-  
tionem apostolica auctoritate definimus atque ſtatuimus,  
omni ſacerdotali carere atque priuatum fore ministerio:  
ita vt nullo modo liceat ei in qualibet Synodo reſtitutioniſ  
ſpem aut locum habere ſatisfactioniſ. Quod ſi de reliquo  
præſumpferit in ſacro officio more ſacerdotiſ quoquis tem-  
pore ministrare, anathema ſit. Et omnes communicantes  
ei ab eccleſia abiiciantur; ſed & ipſi anathema ſunto. Eos  
vero quos ipſe Leo neophytus & inuaſor ſanctæ catholi-  
cæ & apostolicæ Romanæ eccleſiæ in quolibet ecclesiasti-  
co ordine prouexit apostolica atque canonica auctorita-  
te & synodali decreto in priſtinum reuocamus gradum,  
quia ordinator eorum nihil ſibi habuit, nihil illis dedit.  
Sicuti olim noſter prædeceſſor piæ memorię papa Stepha-  
nus ſententiam tulit de iis qui ordinati fuerant a Constan-  
tino quodam neophyto & inuaſore ſanctæ ſedis apostoli-

Sententia  
in Siconem  
episcopum  
Ostiensem,

ANNO CHRISTI  
964. cæ, & postmodum quosdam eorum sibi placabiles presby-  
teros aut diaconos consecravit, statuens ut hi qui ab eo  
consecrati erant nunquam ad superiorem honorem a-  
scenderent, nec ad pontificatus culmen promouerentur,  
ne talis impiæ nouitatis error in ecclesia pullularet.

Piissimus atque sanctissimus papa dixit: Et hoc nefar-  
ium est: statuite, si placet, dilectissimi fratres, ut in cir-  
citu altaris, aut in presbyterio, nullus laicorum stare præ-  
sumat, quoties Missarum solennia celebrantur: quod si fe-  
cerit quis, communione priuatus maneat usque ad emen-  
dationem. Sanctum Concilium respondit: Hoc quoque  
omnibus placet, secuta subscriptio. Ioannes sanctæ catho-  
licæ & apostolicæ Romanæ ecclesiæ episcopus, huic de-  
creto a nobis, ut supra legitur, promulgato subscripsi, & sic  
ceteri prefati episcopi fecerunt, & finis impositus est præ-  
senti Concilio.

Canones  
fanciti in  
hac Syno-  
do.

## N O T A.

\* *Concilium.*] De hac Synodo Sigebertus qui acta synodalia legisse  
vivis est: dum ea summatim refert in chronico, hæc ait: *Ioannes Syn-*  
*odo collecta Leonem depositit, & eius gesta cassauit: statutum quoque est*  
*publico omnium iudicio Synodum a Leone habitam nec nominandam*  
*Synodum, sed prostibulum fauens adulteris.* (ita Leonem nominabat,  
quod is Romanam ecclesiam alteri desponsatam inuasisset) *Quicumque*  
*eo ordinante erant damnati, ius sunt suam ipsorum proscriptionem*  
*presentare in charta hæc continente verba: Pater meus nihil sibi habuit,*  
*nihil mihi dedit: & sic depositi remanserunt in illis gradibus quos habue-  
rant non a Leone ordinati. Si qui autem digni iudicantur, ut non accepta*  
*prius consecratione ordinentur, iudicio illis eodem decreto quod & damna-  
to a Constantino neophyto. Hæc Sigebertus.*

Argumen-  
tum acto-  
rum syno-  
dalium ex  
Sigeberto.

Tollatur ergo & explodatur numero verorum pontificum pseu-  
dopontifex & antipapa schismaticus; iterum clamo: Tollatur: fa-  
cessat illorum qui post hæc tempora vixerunt, & pseudoleonem in-  
ter legitimos sacræ Romanæ ecclesiæ pontifices numerarunt, insci-  
tia: damnetur vero illorum qui ista tunc perpetrarunt, occasionem  
que errandi posteris dederunt, temeritas, & in sacerdotibus non tole-  
randam vel excusanda sacrorum Canonum ignorantia, & antiquarum  
traditionum ecclesiasticarum imperitia. Imperatoris autem factum  
excusat verbis Apostoli dicentis: *Testimonium illis perhibeo quod zel-*  
Rom. 10.  
*lum habent, sed non secundū scientiam:* nimis enim leuiter existimabant,  
una cum moribus depravatis minui atque penitus tolli Romani pon-  
tificis auctoritatem. Quod cum erroneum sit, ut supra notaui, sitque  
ab hereticis Donatistis olim cum periculo totius ecclesiasticæ caco-  
nomiae disseminatum, nemo sane prudens defenderit, quod Ioannes

Leo VIII.  
pseudo-  
pontifex.

Refellitur  
obiectio.

pontifex ob vitam non satis integrum, per Conciliabulum Ottonis imperatoris auctoritate collectum, recte & legitime depositus, & Leo eius nominis octauus eidem iuste subrogatus fuerit. Si dicas Leonem hunc communis scriptorum sententia & consensu inter Romanos pontifices numerari, Leonemque octauum nominari, adeoque temerarium esse, qui ab ista vulgari opinione dissentit, responde: Scriptorum error veritati nihil praetudicare potest. Nam sicut canis aliquis Leonis nomine insignitus, vel etiam in numerum leonum relatus, per solam nominationem vel numerationem canis naturam non immutaret, neque leo esse inciperet, ita non incipiet esse verus Leo pontifex eius nominis octauus, quem errantium scriptorum communis sententia inter pontifices veros numerat, & Leonem octauum nominat. Ab eo enim quod res est vel non est, rectissime, inquit Aristoteles, oratio vera est vel falsa. Simili censura perstringatur quidquid de iuribus vel constitutionibus huius pseudopae inconsiderate nimis suo more Gratianus & ignoranter Crantius scripsierunt locis quae infra in notis Pseudosynodi Lateranensis sub Benedicto V. assignabimus.

ANNO  
CHRISTI  
964.

Gratianus  
& Crant-  
zius redar-  
guuntur.

SYNODVS LANDAVENSIS  
SVB PATRE VIGESIMO QVINTO  
IBIDEM EPISCOPO HABITA.

CIRCA  
ANNVS  
CHRISTI  
...

*Ex causa diaconi cuiusdam ante ipsum altare  
sacrilege interfecti.*

**A**NNO DCCCCLV. indictione XIII. a nativitate Domini hoc nefarium opus factum est: in diebus enim Nougui filii Guriat atque Patris episcopi sedis episcopalit famosissimae qua ad ripam Tauri fluminis posita est, quadam die tempore messis quidam diaconus nomine Ili filius Beli, quem in uno eodemque anno ordinavit episcopus, transiens per segetes, obuiauit ei quidam rusticus nomine Merdutir filius Iuduc, vituperando dicens, ait: *Quid tibi timidissime, & armis?* Dum verbis vituperationis colloquebantur, irruit Merdutir in eum extendens manum ad gladium eius, gladio euaginato succidit digitum illius diaconi. Deriuante autem sanguine eius, ait ad eum: *Reuerte ad me, ut liges digitum meum.* Conuertens autem ad eum, & ligans digitum eius, iugulauit eum diaconus, & statim defunctus est. Ipse autem diaconus vertens se in fugam, declinauit ad ecclesiam sanctorum Iarmen & Febric, refugium inquirens. Dum autem haec aguntur, nuntiatum est ami-